



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Locorum Communium Religionis Christianæ Partitiones**

**Arnoldus <Vesaliensis>**

**Coloniae, 1565**

**VD16 H 312**

Caput 34. Idem ne est in diuinis essentia atq[ue] persona?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30256**

## Caput 34.

Idem'ne est in diuinis essentia  
atq; persona?

**P**er hoc quod in diuinis persona  
est idem cum essentia, non est  
eadem res quæ generat & gene-  
ratur, vt hæretici volebant: quia etsi  
generans & generatum in substantia  
conueniant, non tamen in personali  
tate: quia & persona & essentia secun-  
dum rationem differunt.

Etsi etiam vnus Deus dicatur tres  
personæ, sitq; vna essentia trium per-  
sonarum, & tres personæ vnius essen-  
tiæ, non tamen potest sanè dici vnus  
Deus trium personarum, vel tres per-  
sonæ vnius Dei Per hoc enim signifi-  
catur Deus aliqua habitudine prin-  
cipij respicere personas, quod dici  
non potest.

Nec simile est de essentia, quia vox  
Deus, significat cum ratione prin-  
cipij effectiui, non autem essentia.

Quod autem patri attribuitur po-  
tentia, filio sapientia, & spiritui san-  
cto bonitas, quamuis omnes eadē po-  
tentia sint & sapiētia, & bonitas: hoc  
fit, ne pater impotens putetur, & fi-  
lius insipiens, & spiritus sanctus vio-

B 6 lentus

Hila. li. 3.

de Trin.

Rom. 8.

Ioan. 15.

Esai. 19.

Matt. 20.

Ioan. 10.

Exod. 3.

Aug. in

Psal. 68.

Hil. lib. 1.

de Trin.

Luc. 11.

Matt. 25.

LOCORVM COMMVNIVM

*Deu. 4.*

lentus aut turbulentus, vt in humanis rebus esse consuevit.

*Aug. li. 1  
cont. Ma-  
ximi. c. 14.  
Ioan. 10.*

De nomine homousij, notandum quod hæreticorum improbitate labefactari coëptum, patefacta ipsius significatione, vsu consuetudineq; loquendi receptū est: significatq; quod vnius eiusdemq; substantiæ est.

Nomina verò translatiue de Deo dicta, vt splendor, speculum, & huiusmodi, intelligi debent secundum rationem translationis & similitudinis eorum.

Caput 35.

Quarum rerum est Dei scientia?

*Rom. 8.  
Ephe. 1.  
Esa. 64.  
1. Cor. 2.*

**S**cientia Dei sine sapiētia, quamuis simplex sit, & vna, propter varios tamen rerum status & effectus, diuersitatem nominum sortitur. Quo fit vt modo dicatur præscientia, qua scilicet de futuris est, ipsaq; seu bonis seu malis: modo dispositio, qua de faciendis est: modo prædestinatio, vt est de saluandis: modo prouidentia, qua est gubernandorū: que tamen pro dispositione, interdum & pro præscientia accipitur. Sapiētia verò vel sciētia: est de quibusuis, tam bonis quam malis, præsentibus quam præteritis, temporalibus quam æternis,

*Aug. in  
ge. to 2.  
lib. 3. c. 18.*

Si au-

Si au-  
cēt tolli  
vel præ  
nem rei  
tem: no  
sentia, c  
deletur.

Intue  
rum, vt  
uersa ta  
cut & pr  
diuine p

Sunt ne  
nitioni  
im

**O**  
se in ip  
quæ esse  
Deus  
cit bona  
vt quæ  
illa solu  
tione pr  
sunt ma